

Te Deum, Christiane letitiae praeunium solemnem ceremoniam praecinentes, in trinis personis unum Deum collaudavimus.

§.6. Ne vero ex Pastoralis Officii debito erga Sanctarum Augustini Reliquiarum conservationem, & venerationem a Nobis quidquam praetermittatur, quascumque dubitationes, controversias, causas, & lites de Corpore Sancti Augustini quomodolibet exortas sive introducias, illarumque jura, scripturas, & titulos omnes praesentibus pro plene expressis habentes, & quatenus opus sit, ad Nos avocantes, prorsus extinguimus, & abolemus, & perpetuum silentium super illis imponimus. Et ne unquam futuris temporibus de praedicto Episcopali judicio, ad sanctiores Ecclesiae regulas absoluto, possit quomodolibet hesitari, ad submissas preces dilecti filii Felicis Leoni, totius ordinis eorumdem Fratrum Eremitarum Procuratoris Generalis, ejus libello supplici Nobis porrectas, pia recordationis Antecessoris nostri Martini PP. V. vestigiis inherentes, qui translationem Corporis Beatae Monice, Venerabilis Augustini Matris, ex Civitate nostra Ostiensi ad hanc eandem Ecclesiam domus Fratrum dicti Ordinis Eremitarum Sancti Augustini factam, suis Apostolicis literis, incipientibus, Pia charitas, adprobavit, Nos quoque judicium Episcopi Ticinensis de veritate Corporis Sancti Doctoris, ut apud Christiani fideles notius, & manifestius evadat, ac devotio erga Augustinum magis inflammetur, tenore praesentium ratum, & gratum habentes, ex certa scientia, atque etiam Motu proprio, Apostolica auctoritate undequaque adprobamus, & confirmamus, & perpetuis futuris temporibus firmum semper, & validum esse, & fore decernimus, non obstantibus quibuscumque.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae Constitutionis, avocationis, extinctionis, abolitionis, silentii impositionis, Decreti adprobationis, confirmationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo octavo, decimo Kalendas Octobres, Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCXL.

Fratribus Ord. Praedicatorum jurisdictio quasi Episcopalis, quam jam pridem exercebant in Ecclesia Parochiali B. M., & Sanctorum XII. Apostolorum Terrae Baleariae.

Hanc jurisdictionem dictis Fratribus primo fecit Greg. XIII. Const. ed. 1582. Nov. 13. P. 11., confirmavit Sixtus V. Const. ed. 1588. Maii 7. P. 4.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Contentiones, & lites inter quascumque religiosas Familias, praesertim vero inter nostri Ordinis Fratrum Praedicatorum, aliasque

Exordium duellum ex eo, quod Summus

Judicium Episcopale de Corpore Sancti Augustini a Summo Pontifice confirmatur.

Nemo has lites infringere audeat.

Ecclesiasticas Personas, quae quidem lites sine gravissimis incommodis, & impensis, atque Divini cultus, animarumque salutis detrimento ferri nequaquam possunt, ad Nos pertinet extinguere, & prorsus eliminare, quemadmodum Pontificii muneris nostri ratio suadet, ut jus suum suprema, quam in terris obtinemus auctoritate, unicuique tribuamus, insuper & alia libenti animo peragentes, quae salubriter expedire animadvertimus.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, alias & postquam Parochialis Ecclesia Beatae Mariae, & Sanctorum XII. Apostolorum Terrae Baleariae, nullius Dioecesis, Provinciae Rheginensis, quam olim felicis recordationis Coelestinus Papa III. Praedecessor noster soli Romanae Ecclesiae subjungere decreverat, & sub Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, Sedisque Apostolicae protectione susceperat, eamque & illius bona, pertinentias, dependentias, ac annexa quaecumque, dictamque Terram una cum eis subjectis locis ab omni jugo, potestate, injuria, & molestia quoruncumque hominum liberam omnino esse voluerat, atque statuerat, pariterque decreverat, postremo una cum universis ejusdem parochialis Ecclesiae bonis, grangiis, membris, annexis, juribus, actionibus, & pertinentiis quibuscumque Capitulo, & Canonicis Ecclesiae Sancti Joannis Lateranensis, nuncupate de Urbe, concessa, sive illorum mensae Capitulari canonice unita, annexa, & incorporata extitisset, ipsique Capitulum, & Canonici postmodum intendentes suam, & dictae mensae capitularis conditionem efficere meliorem, omnia, & quaecumque bona praedicta ad dictam parochialem spectantia, & pertinentia quondam tunc in humanis agentibus Jacobo Rufo dictae Terrae, dum viveret, Domino in temporalibus pro eo, ejusque Successoribus, causamque ab eo habentibus, cum hoc ut dictus Jacobus, ejusque successores, causamque ab eo habentes praefati, centum viginti novem ducatos monetae Neapolitanae, ac nonaginta sex tumulos frumenti singulis annis, necnon tertiam partem bonorum recuperandorum ad eandem Parochialem Ecclesiam etiam spectantium, & pertinentium, pro dictae Parochialis Ecclesiae, illiusque Fabricae, & Sacrificae, necnon ejusdem parochialis Ecclesiae Rectoris pro tempore existentis manutentione, respective, congrua sustentatione persolvere, & tradere deberent, ac forsitan sub aliis pactis, & conditionibus tunc expressis, pro pretio viginti duorum millium scutorum monetae Romanae, ad effectum pretium hujusmodi in tot bonis stabilibus in Territorio Urbis existentibus, reinvestiendi.

§.2. Ac alias sub certis modo, & forma tunc expressis, sub Sedis Apostolicae beneplacito vendidissent; recolenda memoriae Gregorius Papa XIII. etiam Praedecessor noster, qui venditionem hujusmodi Apostolica Auctoritate confirmaverat, seu confirmari mandaverat, Ordinem Fratrum Praedicatorum propagare, Divinique cultus in ipsa Parochiali Ecclesia incremento consulere volens, dictam Parochialem Ecclesiam, praevia unionis de illa, dictae mensae Capitulari, alias, ut praefertur, factae, dissolutione, & pro eo, quod tunc assereretur, seu pretendere, quod dicta Parochialis Ecclesia olim fuisset Monasterium Monachorum Cisterciensis Ordinis, seu quod apud illam Monachi dicti

Pontifex lites inter Ecclesiasticas personas extinguere soleat.

Parochialis Ecclesia praedicta a Coelestino III. Apostolice Sedis subjecta, postmodum transiit in jus Canonicorum, Basilicae Lateranensis quae eam Jacobo quondam Rufo, loci Domino, vendiderunt.

Gregorius XIII. eandem Ecclesiam Parochialem assignavit Ordini Fratrum Praedicatorum.

dicti Ordinis Cisterciensis olim habitasset, etiam praevia dicti Ordinis Cisterciensis, omnisque illius dependentiae, ac status, & essentiae Regularium, ac nominis, denominationis, qualitatis, & formae Monasterii dicti Ordinis Cisterciensis in dicta Parochiali Ecclesia, illiusque situ, solo, ambitu, domibus, hortis, membris annexis, connexis, juribus, & pertinentiis suis, suppressione, & extinctione, Ordini Fratrum Praedicatorum Apostolica Auctoritate concesserit, & assignaverit seu univertit, & incorporaverit, & in ejusdem Parochialis Ecclesiae domo, seu domibus, hortis, membris, juribus, & pertinentiis hujusmodi, eidem Parochiali Ecclesiae contiguis, vel adjacentibus, & circumstantibus unam domum dicti Ordinis Fratrum Praedicatorum sub dicta invocatione, titulo, & denominatione B. M., & Sanctorum XII. Apostolorum pro perpetuo usu, & habitatione unius Prioris, & saltem aliorum quindecim Fratrum ejusdem Ordinis Fratrum Praedicatorum sub certis modo, & forma tunc expressis creaverit, & instituerit, illique sic erectae, & institutae pro eum Ecclesia dictam Parochialem Ecclesiam, cum illius domibus, membris, hortis, juribus, & pertinentiis, eidem Parochiali Ecclesiae contiguis, vel adjacentibus, & circumstantibus praefatis, demptis, tamen omnibus illis bonis, praefato Jacobo, ut praefertur, venditis, similiter perpetuo concesserit, & assignaverit, ac eidem Domui Fratrum Praedicatorum sic erectae & institutae, necnon d. Parochiali Ecclesiae, vel illius Sacrificae, aut Fabricae pro ejus dote, & manutentione, ac Prioris, & Fratrum praefatorum subventionem dictos centum viginti novem ducatos monetae Neapolitanae, ac nonaginta sex tumulos grani, seu frumenti, necnon tertiam partem bonorum recuperandorum hujusmodi, & alia bona mobilia, & immobilia ipsi Domui Fratrum Praedicatorum, ut praefertur, erectae, & institutae per quoscumque pro tempore quomodolibet danda, seu relinquenda, cum hoc, ut dicti Prior, & Fratres in ipsa Domo pro tempore degentes dictae Parochialis Ecclesiae in Divinis, alias deservire, dictamque illius animarum curam exercere, ac Jura, oblationes, elemosynas, & alia emolumenta Parochialia, & exservitio, & curae animarum exercitio huiusmodi provenientia, cujusvis licentia desuper minime requisita, percipere, & habere deberent, & valerent; ipsique Prior, & Fratres hujusmodi Magistro Generali vel Procuratori Generali ejusdem Ordinis Fratrum Praedicatorum dumtaxat, non autem Provinciali seu Provincialibus, Prioribus, vel aliis Ministris seu Officialibus, nisi ab ipso Magistro Generali vel Procuratore Generali, pro tempore deputatis visitatoribus, subessent, etiam perpetuo applicaverit, & approbaverit.

§.3. Cum vero Prior, & Fratres dictae domus, ut praefertur, erectae, & institutae, tunc, & pro tempore existentes, jurisdictionem quasi Episcopalem in dicta Terra, eisque subjectis locis, quemadmodum Capitulum, & Canonici praedicti illam exercebant, etiam exercere continuarent, seu conuare vellent, Clerus dictae Terrae Priori dictae Domus, ut praefertur, erectae, & institutae, se non esse subiectum praetendens, ac illi obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas exhibere recusans ad Sedem

Apostolicam recursum habuisset, causaque hujusmodi per felicis etiam recordationis Xystum Papam V. etiam Praedecessorem nostrum Congregationi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum examinanda, & sine debito terminanda commissa extitisset, ac iterum proposita ratione Capituli, & Canonicorum praefatorum, qui post emanatam ab eadem Congregatione ad favorem eorumdem, Prioris, & Fratrum contra Clerum praefatum resolutionem ad causam hujusmodi, ex causis tunc expressis ad se pertinere, ipsosque Priorem, & Fratres, ut medicantes, harum rerum incapaces existere praetendebant, ab eadem Congregatione idem, quod prius ad favorem Prioris, & Fratrum Praedicatorum praefatorum, ac contra Capitulum, & Canonicos praefatos, quod ipsi Priori, & Fratribus liceret hujusmodi jurisdictionem exercere, bonaque possidere, & alia his similia habere uti ex eorum privilegiis plene confliterat, determinatum fuerit: Capitulo vero, & Canonicis praedictis nedum acquiescentibus, cum idem Xystus praedecessor universam rem ad instantiam Capituli, & Canonicorum, praefatorum bonae memoriae Antonio Sanctorum Joannis, Pauli Carafe, & Scipioni Sancti Salvatoris in Lauro nuncupatis, respective Titulorum Presbyteris, dum viverent, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Lancellotto, respective nuncupatis, tunc in humanis agentibus, reasumendam, & cognoscendam commississet, ipsique Antonius, & Scipio Cardinales Priorem, & Fratres praefatos super praemissis indebite, & injuste molestatos fuisse retulisset, idem Xystus Praedecessor universam causam hujusmodi ad se avocaverit, litemque hujusmodi penitus, & omnino extinxerit, necnon Capitulo, & Canonicis praefatis ac aliis quibuscumque personis perpetuum silentium desuper imposuerit, itaut Capitulum, & Canonici praefati nullam prorsus jurisdictionem, nullamque auctoritatem, & potestatem sive praeminentiam in Ecclesiam, & Clerum dictae Terrae in posterum haberent, seu habere deberent, necnon Clero dictae Terrae, & quibusvis aliis personis quacumque auctoritate, dignitate, & officio fungentibus in virtute Sanctae Obedientiae, & sub excommunicationis latae sententiae poena contrascentes eo ipso incurrenda praeeperit, quatenus omni, & quocumque praetextu remoto Priori dictae domus pro tempore existenti in spiritualibus obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas exhiberent, & exhibere procurarent, sicut antea factum fuerat; necnon omnia, & singula privilegia, gratias, immunitates, favores, exemptiones, libertates, jurisdictiones, & praeminentias cum suis grangiis annexis, eatenus per Romanos Pontifices Praedecessores suos concessa seu approbata, & innovata approbaverit, & confirmaverit, illisque perpetuae, & inviolabilis firmitatis robur adjecerit; necnon ipsi Prioribus, & Fratribus praedictis, ut illis omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, immunitatibus, favoribus, exemptionibus, libertatibus, jurisdictionibus, & praeminentiis, quibus antea Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini Congregationis Lateranensis, quibus ipsa Parochialis Ecclesia primitus concessa fuerat, necnon deinde Monachi dicti Ordinis Cisterciensis, &

Frates Praedictos dictae Ecclesiae, jurisdictionem quasi Episcopalem exercere, quae a Summo Pontifice Sixto V. eis confirmata est.

po-

mentionem requirentis, vel alterius rei ubicumque locorum contractus initus, & delictum commissum fuerit, & res ipsa consistat, exercere valeant, non obstantibus omnibus, & quibuscumque processibus contra illos, vel illorum, aliquem per quoscumque locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios in spiritualibus generalibus, vel quovis alios ad id ab eisdem locorum Ordinariis deputandos, etiam in casu negligentia moderni, & pro tempore existentis Prioris prefati, pro tempore factis; necnon quibuslibet etiam excommunicationis, vel suspensionis & aliis quibuscumque sententiis promulgatis, quas nullas, & invalidas, nulliusque roboris vel momenti fore volumus; necnon quomodolibet ad premissa omnia prefata, etiam in alterius, quam dicti Prioris pro tempore existentis jurisdictionem quomodolibet per subditos, aliasque personas hujusmodi prefato, seu etiam prefando consensu, quem non valere decernimus, & declaramus, cognoscere, decidere, & terminare absque voto, & consilio Assessoris, quatenus Prior pro tempore existens prefatus in jure Canonico versatus existat; sin minus cum consilio, & voto, prout de jure Assessoris in aliqua approbata Universitate Studii Generalis Doctorali laurea insigniti, vel saltem in jure Canonico licentiat; in iis tamen causis, in quibus de fisci, vel partium interesse agitur, libere, & licite possit, & valeat eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo subijcimus, & supponimus.

Conceduntur quaedam alia insignium privilegia jurisdictionis Ordinarii.

§.3. Et insuper Priori pro tempore existenti prefato, ut quacumque litera Apostolica, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam justitiam concernentes, & prefertim super dispensationibus matrimonialibus, & in forma significavit, que a nobis, ac Apostolica Sede pro personis ejusdem Prioris pro tempore existentis, jurisdictioni subiectis, posthac conceduntur, & ad Partes transmittentur, eidem moderno pro tempore existenti Priori, tamquam Loci Ordinario, non autem Archiepiscopis, vel Episcopis vicinioribus dirigantur, & committantur; dictaque Prior pro tempore existens literas prefatas aperire, & exequi, necnon in causis, & negociis, que hujusmodi litera concernent procedere, eidemque Priori pro tempore existenti, ut in literas Pœnitentiariae nostrae Apostolicae, eidem Priori pro tempore existenti pro illarum executione directas, & ad supplicationem Personarum Prioris pro tempore existentis prefati jurisdictioni subiectarum expeditas, etiam aperire, illasque etiam exequi in omnibus, & per omnia libere, & licite valeat, ac debeat, ut alii quicumque locorum Ordinarii in suis Civitatibus, & Dioecibus procedere possunt, & debent, perpetuo pariter concedimus, & indulgemus.

Clerus secularis eidem Ecclesie subiectus.

§.9. Et ut Divinus cultus in dicta parochiali Ecclesia decentius, honorificentiusque procedat, Priori pro tempore existenti prefato, ut Presbyteros, & Clericos Seculares sibi, ratione jurisdictionis prefate subditos, ad ea personalia servitia, que cum veste talari, & superpelliceo, dictae Ecclesiae, tanquam parochiali, & quasi Cathedrali haecenus prestare consueverunt, & que de jure prestare tenentur, pariformiter imposterum prestanda cogere, & pro celebratione Missarum solemnium, sive cantandarum in festivitibus, Diaconum, & Subdiaconum

ex eodem Clero assumere, necnon Diaconos, & Subdiaconos, aliosque Clericos ad suos respective, ordines in dicta Parochiali Ecclesia exercendos, injunctaque eis de jure munera adimplenda, etiam cogere, & compellere: presbyteris vero, & Clericis prefatis, ut in Choro dictae Parochialis Ecclesiae iisdem modo, & forma, que haecenus observata fuerunt, sedere, ac in Processionibus sub una, eademque Cruce cum Fratribus prefatis incedere, iisdemque Prioribus, & Clericis, qui in Vesperis festivitatum Vesperas, & in majori hebdomada Divina Officia, horaque Canonicis una cum Fratribus prefatis, juxta eorundem Fratrum ritum in dicta Parochiali Ecclesia, illiusque Choro psallentes recitaverint, ut pro illis horis, quas, ut prefertur, recitaverint, non obstante ritus hujusmodi diversitate, proprio oneri absque nova Divini Officii juxta proprium Ritum recitatione, satisfacere; necnon Priori pro tempore existenti prefato, ut defunctorum Clericorum spoliis super Cotta, Breviario, & Birreto consistens juxta consuetudinem in pluribus Dioecibus illarum partium vigentem, exigere. Et attento, quod, ut similiter accepimus, Prior, & Fratres pro tempore existentes, prefati in possessione, seu quasi quandam portionem, seu decimas piscium, qui a quibuscumque personis in maritima d. Terrae Balneariae piscantur, necnon fructuum, & aliarum rerum commensurabilium, que in dicta Terra, etiam in diebus festis venduntur, exigendi, & percipiendi repertiuntur, Priori, & Fratribus pro tempore existentibus prefatis, ut eandem portionem, seu decimas piscium piscatorum, & rerum vendendarum hujusmodi imposterum etiam exigere, & percipere, ac piscantes, & vendentes, hujusmodi portionem, seu decimas hujusmodi Priori, & Fratribus pro tempore existentibus prefatis dumtaxat, & non aliis, vel aliis tradere, & omnino respondere. Contradictores vero, & inobedientes, aut rebelles corrigere, multare, & etiam sub Ecclesiasticis sententiis, censuris, aliisque condignis poenis compescere libere, & licite, respective possunt, & valeant, ac etiam respective debeant, & teneantur, ac obligati existant, auctoritate praedicta, etiam perpetuo, respective concedimus, & indulgemus.

Hec Constitutio perpetuum roborem obtineat.

§.10. Praesentes quoque, ac omnia, & singula praemissa ullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu, etiam ex eo quod cause, propter quas eadem praemissa facta fuerint coram Locorum Ordinariis, etiam tanquam Sedis praefatae delegatis examine, verificata, & ab eis approbata, ac interesse forsan habentes ad id vocati, citati, & auditi non fuerint, nec desuper suum consensum praestiterint, seu ex quavis alia causa, vel quocumque pretextu, quæsito colore, vel ingenio notari, impugnari, invalidari, retractari, ad viam, & terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illos, & illas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari minime posse; nec sub ullis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendis sed semper ab illis excipi. Et quoties ille emanabunt, toties in pristinum, & cum, in quo an-

104

tea quomodolibet erant, statum restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac de novo etiam sua quacumque posteriori data per Magistrum seu Procuratorem Generales, aut pro tempore existentem Priorem prefatos, quodcumque eligendo concessas, ac semper perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, eisdem Ministro ac Procuratori Generalibus, necnon Priori nunc, & pro tempore existenti suffragari debere, nec eos desuper a quoquam quavis auctoritate fungente, vel dignitate fulgente, etiam sub quovis pretextu, quæsito colore, vel ingenio, causaque, & occasione, inquietari, molestari, perturbari, aut impediri, ullatenus unquam posse. Sicque, & non alias per quoscumque judices Ordinarios vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, disceque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, defini, & interpretari debere: & quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Nullus Constitutio de Summo Pontifice deputati

§.11. Quocirca pro tempore existenti Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, dicti Ordinis Fratrum Praedicatorum Protectori, ac Dilectis, filiis Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori, ac nostro, & Sedis Apostolicae Nuncio in Regno Neapolitano commoranti, nunc, & pro tempore existentibus, motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se, vel alium seu alios, praesentes literas, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ministri seu Procuratoris Generalium, aut pro tempore existentis Prioris prefatorum, aut alicujus eorum, requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque, & eorum cuilibet in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem praesentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus inviolabiliter observari, eosque, & eorum quemlibet illis pacifice frui, & gaudere, non permittentibus eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, servataque forma Concilii Tridentini, sententias, censuras, & poenas hujusmodi incurrisse declarando ac etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

Derogatoria.

§.12. Non obstantibus nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quæsito non tollendo, ac pie memoriae Bonifacii Papae VIII. similiter Praedecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel Dioecesim, nisi in certis expressis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suae Dioecesis ad iudicium avocetur; sed ne Judices a Sede prefata deputati contra quoscumque procedere, seu alii vel alii vires suas committere praesumant, ac in generali Lateranensi Concilio edita de duabus dietis;

dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur; & quibusvis aliis Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ordinis Fratrum Praedicatorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac quibusvis privilegiis, & indultis, ac literis Apostolicis eidem ordini, ac Ordinariis locorum, & quibusvis ecclesiasticis, & locis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam consistorialiter, & motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, ac alias quomodolibet, etiam per Nos pluries concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, au aliqua exquilita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse hac vice dumtaxat, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Fides habenda transmittit

§.13. Volumus autem, ut ipsarum praesentium exemplaribus etiam impressis, alicujus in dignitate ecclesiastica constituta persona sigillo, & notarii manu obsignatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent originaliter exhibitae vel ostensa.

Nemo habeat terat infringere adductis

§.14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, avocationis, extinctionis, silentii, impositionis, approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, separationis, dismembrationis, exemptionis, liberationis, subjectionis, suppositionis, concessiois, indulti, Decreti, & derogationis, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo viceesimo octavo, idibus Septembris, Anno Quinto.

CCXLI.

Conceditur Jurisdictio, & diversae facultates Praefecto Palatii Apostolici pro tempore existenti.

Die 14. Sept. 1723. An. V.

Alia hujus Const. ed. 1724. Aug. 17. P. 1. Restituta fuit Cardinali Vicario Urbis jurisdictioni cummulativa in omnibus causis.

S s

BE-

postea Capitulum & Canonici predicti in eadem Parochiali Ecclesia, ac suis annexis, usi, & potiti fuerant eque principaliter, & pariformiter, ac sine ulla prorsus differentia in omnibus, & per omnia uti, frui, potiri, & gaudere valerent, nec essent adstricti in dicta domo plures esse, quam duodecim propter dicta domus tenuitatem, & insufficientiam, nec ad illa quocumque cogi deberent, Apostolica auctoritate, Motu proprio &c. indulerit, ac alias, prout in singulis Caeslini, ac Gregorii, & Xysti Praedecessorum hujusmodi desuper confectis literis plenius continetur.

Nihilominus Clero dictae Terrae circa competens iurisdictionem, tum circa alia recursum ad Sedem Apostolicam aduersus eos de nouo habitus est.

§.4. Cum autem, sicut etiam accepimus, licet Prior pro tempore existens dictae domus ab emanatis praefati Xysti praedecessoris literis praefatis iurisdictionem quasi Episcopalem in praedicta Terra ad haec usque tempora pacifice, nemine contradicente, exercere continuauit, nuper tamen Clerus dictae terrae denuo ad Sedem Apostolicam variis contra modernos Priorem, & Fratres dictae domus, tam circa competentiam iurisdictionis hujusmodi, modumque illam exercendi, ac subsistentiam nonnullarum ordinationum, a pro tempore existentibus Prioribus dictae domus factarum, ac praeminentias, ac emolumentorum Parochialium participationem, & piorum montium administrationem, dictaque parochialis Ecclesiae seruitium ac incessum sub Cruce eorumdem Fratrum, & sepulturam Clericorum, necnon consuetum presbyterorum secularium spoliū, quam circa consuetudinem exigendi quamdam portionem piscium, aliorumque comestibilium, in diebus festiuis piscatorum, & respective venditorum, excitatis praetensionibus, recursum habuerit; causa vero hujusmodi iterum ad eandem Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negociis, consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum delata, eaque ab eadem Congregatione, audito prius Venerabili Fratre Episcopo Mileteni, intra cuius Dioecesis haes dicta Terra cum suo Territorio existere praetendebatur, Dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali, Spinula nuncupato, uide[n]da, & referenda commissa existerit, concordatissime coram eo viginti sex circa praemissa dubiis, & signanter, primo uidelicet, an constet de Territorio separato, itant Clerus, & Populus Balneariae sit subiectus Priori pro tempore Beati Dominici dictae Terrae, eoque una cum aliis octo ex praedictis viginti sex dubiis proposito sub die uicesima secunda mensis Augusti anni proxime praeteriti proliert, responsum: Dilata, & coadjuuentur probationes, citatis Episcopis uicinijs, & interim Prior concedat cum facultatibus Saerae Congregationis licentiam concionandi, & audiendi confessiones; sed se abstineat a concedendis dimissionibus; & ad mentem, ac ad sequentia dubia, Dilata.

Ne Fratres praedicti Litem incommotis afferrentur, haec edita est Constitutio.

§.5. Cumque, sicut pariter accepimus, Prior, & Fratres praedicti, licet pro tuenda plusquam centenaria possessione exercitii iurisdictionis hujusmodi tum antiquis, tum modernis validissimis documentis muniti sint, nihilominus hujusmodi probationum coadjuuatio, litisque prosequutio, citatis Episcopis uicinijs, grauisimum illis afferret incommodum, atque dispendium; Nos igitur paterna sollicitudinis stu-

dio excitati, Prioris, & Fratrum praedictorum ulteriora incommoda, & dispendia prohibere cupientes, litesque hujusmodi omnino submoueri, ac prorsus euelli, illaque futuris temporibus nunquam amplius suscitari, Magistrum Generalem Ordinis Fratrum Praedicatorum hujusmodi, & nunc, & pro tempore existentes Priorem, & Fratres dictae domus specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eoque, & eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac Caeslini, Gregorii, & Xysti Praedecessorum praefatorum literarum praefatarum tenores etiam ueriores, ac datas, praesentibus pro expressis habentes, motu proprio, non ad aliquem Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraeque deliberatione nostris; deque Apostolica potestatis plenitudine, uniuersam causam hujusmodi in praedicta Congregatione, ut praefertur, introductam, & adhuc pendente indecisam, ad Nos auocamus, litemque hujusmodi penitus, & omnino extinguimus, ac Clero praefato, necnon Populo dictae Terrae, aliisque quibuscumque personis perpetuum silentium desuper imponimus; Necnon omnia, & singula privilegia, gratias, immunitates, fauores, exemptiones, libertates, iurisdictiones, & praeminentias eidem Parochiali Ecclesiae, ejusque grangiis annexas, tam in insula Siciliae, quam in provincia Calabriae, & per Caeslinum ac Gregorium, & Xystum praefatos, aliosque Romanos Praedecessores nostros hactenus concessa, & approbata, ac confirmata, ac etiam innovata, Apostolica auctoritate eorumdem tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inuolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, necnon ut Prior, aliusue Superior, necnon Fratres domus praefatae, nunc, & pro tempore existentes, illis omnibus, & singulis privilegijs, gratiis, immunitatibus, favoribus, exemptionibus, libertatibus ac iurisdictionibus, & quoad Priorem, aliumue Superiorem praefatum dictae Domus, etiam quasi Episcopalis, & praeminentiis, quibus antea Canonici Regulares, ac deinde Monachi, & postea Capitulum, & Canonici praefati ante factam dictae Parochialis Ecclesiae Ordini Fratrum Praedicatorum hujusmodi unionem praefatam, & postremo Prior dictae Domus pro tempore existens praefatus ante praefatas lites motas eatenus usi, potiti, & gausi fuerunt, in posterum pariformiter, & eque principaliter, ac sine ulla prorsus differentia in omnibus, & per omnia, etiam quoad exercitium iurisdictionis ordinariae, & quasi Episcopalis, uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, ac etiam debeant, Apostolica auctoritate praedicta etiam perpetuo decernimus, & declaramus, atque indulgemus.

Confirmatio omnium privilegiorum, & iurisdictionum, quae ad praedictam Parochialem Ecclesiam Fratrum Praedicatorum spectant.

§.6. Et insuper, quatenus opus sit, & ut nouis litibus atque discordijs, quae in posterum, a fatore zizaniarum, pacisque inimico procurante, suscitari valerent, via penitus, & omnino pracludatur, dictam Terram Balneariae, uniuersumque illius Territorium, quod, ut asseritur, a Dioecesis Mileteni Orientem versus in mon-

Balnearium toto agro, suis limitibus terminato, S. d. Apostolica subicitur.

montibus via publica, ac Septentrionem versus in confinibus opidorum, seu castrorum Palmarum, & Seminariae, alyco fluminis, Grimoldi nuncupati, a dicta via publica ad mare decurrente, a Dioecesi uero Rheginensi Meridiem versus altero fluuio rustico, siue torrente, aut rivo, a praefata via publica montium etiam ad mare desluente, & Occidentem versus Mari, respective, diuiditur, & terminatur, ac loca, & villas, si quae sint in dicto Territorio, & intra dicta confinia existentia, & ab eis dependentia, a praefatis, Mileteni, cuius potius, quam alius cuiuscumque, in Terra, illiusque Territorio hujusmodi, ad aliquam Dioecesim pertinerent, existerent, ut pariter asseritur, & a Rheginensi aliisque quibuscumque Dioecesibus, nullo Episcopi Miletenis, & Archiepiscopi Rheginensis, aliorumque quorumcumque Episcoporum aut Archiepiscoporum ad hoc requisiti consensu, dicta auctoritate similiter perpetuo separamus, & dismembramus, ac Terram illiusque Territorium hujusmodi sic separata, & dismembrata, necnon praedictam Parochialem Ecclesiam, aliasque Ecclesias, & Capellas, si quae in Terra, illiusque Territorio hujusmodi nunc extant, & in posterum extiterint, illarumque rectores, & in eis beneficiatos, aliasque personas inibi beneficia ecclesiastica obtinentes, Oratoria, Hospitalia, aliaque loca pia quaecumque, uniuersumque Clerum, & Populum Terrae, illiusque Territorij hujusmodi per praesentes, ut praefertur, separatorem, & dismembratorum ab omni, & quacumque iurisdictione, superioritate, correctione, uisitatione, regimine, & administratione, tam in spiritualibus, quam temporalibus praedictorum, Miletenis, & Rheginensis, & aliorum quorumcumque Episcoporum uicinijs, ac ab exhibitione reuerentiae, & obedientiae, necnon solutione quorumcumque jurium eis exhibendorum, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo eximimus, & liberamus, ac Nobis, & dictae Sedi immediate pariter perpetuo, subijcimus, ac sub nostra, ac Romani Pontificis pro tempore existentis, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum protectione suscipimus, ac in posterum Terram praefatam, illiusque Territorium, ut praefertur, separatam, & dismembratam, ac separatam, & dismembratam, hujusmodi nullius Dioecesis Provinciae Rheginensis existere, ac dici & censeri debere eadem Apostolica auctoritate decernimus, & declaramus; Ac Terram praefatam, illiusque Territorium, ut praefertur, separatam, & dismembratam, dictamque Parochialem, aliasque quascumque Ecclesias, Capellas, Oratoria, Hospitalia, aliaque loca praefata in Terra, illiusque Territorio per praesentes, ut praefertur, de nouo separatis, & dismembratis praefatis, nunc Canonice erecta, & in posterum etiam Canonice erigenda, illarumque Rectores, & singulos in eis respective, Beneficiatos nunc existentes, & pro tempore existuros, ac uniuersum Clerum, & Populum praefatos, illorumque res, & bona quaecumque omnimoda iurisdictioni, superioritati, correctioni, uisitationi, cure, regimini, & administrationi moderni, & pro tempore existentis Prioris dictae domus, qui ad formam constitutionum Ordinis Fratrum Praedicatorum hujusmodi per dictam Domus Fratres pro tempore existentes Canonice eligi, & praefici,

Terra praedicta, eiusque Ecclesia iurisdictioni tri-ris dictae Domus Fratrum Praedicatorum pariter subijciuntur.

necnon a tate maturus, ac moribus spectabilis, prudentia quoque praeditus, & in sacris Canonibus, quantum fieri potest, versatus, atque in regendo saltem aliquo suae Provinciae insigni Conuentu infracti animi solertiae dexteritatis, ac prudentiae specimen dederit, ac intra ordinem graduatus, vel ad minus ad gradus suscipiendos approbatus, atque Magistro Generali, vel Procuratori Generali Ordinis Fratrum Praedicatorum hujusmodi, dumtaxat subiectus esse, necnon a Magistro vel Procuratore Generalibus praefato tam postquam pro prima vice Canonice per Fratres praefatos electus fuerit, quam postquam sui Prioratus biennium effluerit, quoties hujusmodi Prioratus prorogationem concedendam esse expediens visum fuerit etiam, dumtaxat confirmari debeat.

§.7. Priore uero hujusmodi deficiente, vel eo amoto Subprioris vel Praesidentis, aut Vicarii dictae domus in spiritualibus, & temporalibus pleno jure ordinario, itaut eorum quilibet in praemissis casibus Prior pro tempore existens praefatus, & pote Territorium particulare, & per praesentes, ut praefertur, de nouo separatam, & dismembratam hujusmodi, vere habens in dicta Terra, aliisque sibi subiectis locis, iurisdictionem quasi Episcopalem exercere, ac Synodum convocare, & in ea Examinatores, seruata tamen Concilij Tridentini decretorum forma, deputare, atque concursus pro Parochialibus Ecclesijs in praefata Terra, aliisque sibi, ut praefertur, subiectis locis praefatis existentibus conferendis indicere, ac beneficia quaecumque Ecclesiastica in Ecclesijs dictae Terrae, illiusque Territorij per praesentes, ut praefertur, separatorem, & dismembratorum hujusmodi erigere, & instituire, illaque ac etiam nunc existentia, & quae in posterum quodcumque extiterint, iuxta facultatem Archiepiscopis, & alijs Ordinarijs collatoribus de jure, usu, vel consuetudine competentem, saluis tamen, & illis semper remanentibus omnibus, & quibuscumque reservationibus, & affectionibus Apostolicis etiam conferre, & in eis instituire, ac literas dimissoriales suis subditis ab aliquo catholico antistite, gratiam, & communionem Sedis Apostolicae habente, clericali caractere insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines rite se promoueri facere cupientibus concedere, ac Sacramentum Confirmationis a uicinijs Archiepiscopis vel Episcopis sibi magis beneuoljs subditis administrari facere, sacraque olea ab eo, quem maluerit ex dictis Archiepiscopis vel Episcopis recipere, necnon primordiale Parochialis Ecclesiae illique inseruientium, ac aliarum Ecclesiarum, Capellarum, Oratoriorum, Hospitalium, aliorumque piorum locorum, & respective, in eis beneficia obtinentium, ac aliorum subditorum praefatorum ubicumque existentium causas beneficiales, matrimoniales, ac civiles, & criminales, vel mixtas, ad forum Ecclesiasticum spectantes, quotiescumque, & ubicumque casus euenierit, quia locorum Ordinarii ullam in subditos, aliisque praedictos, eorumque, respective, bona, redditus, & proventus, iurisdictionem, superioritatem, dominium, vel potestatem, etiam ratione cuiuscumque contractus, necnon cuiusvis generis delicti etiam turbatae iurisdictionis, vel alterius etiam grauioris speciei, & specialem men-

De ampla iurisdictione praedicti Prioris.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Constitutio Innocentii XII. que incipit Romanus Pontifex XV. Kal. Oct. suppresse tribunalia particularia ex Romanorum Pontificum consuetudine...

Privative Criminaliter procedendi in causis interesse ejusdem Palatii tantum.

§.1. C Um occasione Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: Romanus Pontifex XV. Kalendas Octobris MDCXCII. editæ, per quam idem Innocentius Prædecessor particularia Tribunalia, & speciales Judices vigore privilegiorum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis diversis temporibus concessorum in Curia Romana eatenus constituta, & constitutos suppressit, abolevit, & abrogavit, privilegiaque ejusmodi ad viam, & terminos juris reduxit; Variæ identidem obortæ sint lites, & controversiæ super jurisdictione Præfecti Palatii Apostolici, quæ per eandem Constitutionem non secus, ac aliorum particularium Judicum ex privilegio, ita sublata fuisse contendebatur, ut nec quævis Sacrorum Canonum, Legumque Civilium dispositio, nec omnium fere gentium mores, & consensus, neque quantumvis longæva, ac scientibus, & prudentibus Prædecessoribus prædictis antea servata consuetudo, ac ejusdem jurisdictionis exercitium ipsi Præfecto Palatii Apostolici quicquam de cætero adversus memoratam Constitutionem suffragari possent; contra vero crebræ ad Nos querimoniæ delatæ fuissent, a recto ordine, & ratione plane alienum esse, causas interesse ejusdem Palatii Præfecto agitari, Familiarsque nostros ad quolibet Almæ Urbis Tribunalia non sine obsequio, quod Nobis, & Palatio prædicto impendunt, detrimento distrabi.

petentibus; quod verò ad Causas civiles attinet, ubi dumtaxat Familiaris sit reus, & executive tantum procedatur, privativam quoque Jurisdictionem cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, & opportunis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus: Et si agatur actione reali adversus Familiarem ejusmodi, tunc eidem Præfecto Palatii sola competat facultas concedendi licentiam, exequendi Sententias, Mandata, vel Decreta, vulgo Exequatur, quæ absque reasumptione cognitionis meritum Causæ præstetur, quod & cum Artificibus, aliisque Patentibus ejusdem Palatii Apostolici munitis ex veteri more, & æqua honestate servatur. Declarantes, quod nomine Familiarium non veniant nisi in albo, seu Tabella dicti Palatii, & ut vulgo dicitur Rollo descripti, quodque memorata Jurisdictione in omnibus casibus præmissis concessa sit, & esse, ac competere intelligatur, si Delinquentes, & Familiars, aut alia persone hujusmodi Ecclesiasticæ, ac etiam in Ecclesiastica dignitate constitutæ, sive Seculares fuerint.

Item privative in delictis inter Familiarem, & non Familiarem, si Familiaris reus sit, aliat cumulative. Privative procedendi in Causis Civilibus Familiarium, ubi executive agatur in actionibus vero realibus contra Familiars ad executionem, non procedatur, nisi de licentia ejusdem Præfecti prout, & quoad Artifices, & Patentes observatur.

Admittit facultates has literas quomodolibet impugandi.

Admittit facultates has literas quomodolibet impugandi.

§.2. Hinc est, quod Nos ejusmodi lites, & controversias, quæ promptam justitiæ administrationem impediunt, aliæque multiplicia incommoda, ac turbas adferunt, dirimere, simulque omnem de cætero dubitandi in præmissis occasione penitus tollere cupientes; atque non minus ad Romani Pontificis pro tempore existentis decus, & dignitatem, quam ad ipsius Palatii Apostolici providum regimen, & utilitatem, ac discolorum familiarium commoditatem, nostræ dirigentes considerationis intuitum, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ad id a Nobis specialiter deputatorum, qui rem ipsam mature, ac diu discussurunt, consilio, Venerabili Fratri Camillo Patriarchæ Constantinopolitano Moderno, ac pro tempore existenti ejusdem Palatii Apostolici Præfecto (firma in reliquis remanente enarrata Innocentii Prædecessoris Constitutione) in quibusvis causis interesse ipsius Palatii Apostolici quomodolibet concernentibus civilibus, criminalibus, & mixtis, omnimodam, & privativam, ac quoad delinquentes in Palatio Apostolico, ubi Romani Pontifices pro tempore resident, seu eorum residentia deputato, vel deputando, & delicta inibi perpetrata; prout quoque quoad delicta etiam extra Palatium hujusmodi ubicumque inter nostros, & ejusdem Pontificis familiars commissa, plenariam, & privativam itidem; in delictis autem, quæ extra dictum Palatium inter Familiarem, & non Familiarem admitti fuerint, si Reus fuerit Familiaris, similiter privativam, sin minus, cumulativam cum aliis Judicibus cæteroquin committentibus; quod verò ad Causas civiles attinet, ubi dumtaxat Familiaris sit reus, & executive tantum procedatur, privativam quoque Jurisdictionem cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, & opportunis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus: Et si agatur actione reali adversus Familiarem ejusmodi, tunc eidem Præfecto Palatii sola competat facultas concedendi licentiam, exequendi Sententias, Mandata, vel Decreta, vulgo Exequatur, quæ absque reasumptione cognitionis meritum Causæ præstetur, quod & cum Artificibus, aliisque Patentibus ejusdem Palatii Apostolici munitis ex veteri more, & æqua honestate servatur. Declarantes, quod nomine Familiarium non veniant nisi in albo, seu Tabella dicti Palatii, & ut vulgo dicitur Rollo descripti, quodque memorata Jurisdictione in omnibus casibus præmissis concessa sit, & esse, ac competere intelligatur, si Delinquentes, & Familiars, aut alia persone hujusmodi Ecclesiasticæ, ac etiam in Ecclesiastica dignitate constitutæ, sive Seculares fuerint.

Clausula derogatoria.

Dat. 24. Sept. Anno 5.

Exordium.

§.1. Alias siquidem per Nos accepto, quod Ordines Regni Poloniae in eorum diata, siue Comitibus Groduensibus, mense Octobri 1726. habitis quædam novellam legem, seu Constitutionem, non minus adversus bo. me. Vincentii, dum viveret, Archiepiscopi Trapezuntini. Nostri & Apostolicæ Sedis apud Charissimum in Christo filium Nostrum Augustum Poloniae Regem Illustræ tunc temporis Nunciæ personam, ac dignitatem, & Nunciaturæ Apostolicæ in eodem Regno Tribunal, quam adversus Ecclesiasticam libertatem, nostramque, & dictæ Sedis auctoritatem, & Jurisdictionem tulerant, atque promulgaverant, ac subinde, nempe die 26. Mensis Novembris immediate subsequenti quinq. articulos, quos gradus executionis dictæ novellæ legis, seu Constitutionis vocant, ediderant, quibus inter alia sub Carcerum, executionis militaris, aliisque atrocibus poenis, & multis etiam pecuniariis districtè inhibebatur omnibus, & singulis Causidicis, & Advocatis, ne de cætero coram eodem Vincentio Archiepiscopo, & Nuncio, ac in Nunciaturæ præfate Tribunali Causas, & lites, ut moris erat, defendere, & actitare, aut ab eis aliqua gratia, vel justitiæ remedia, negotiorumve expeditiones obtinere auderent. Parochi autem, & Vicarii, ac Superiores Monasteriorum, & Conventuum Censuras Ecclesiasticas, quæ a dicta Nunciaturæ Apostolica emanarent, in suis respective Ecclesiis publicate sub poena sequestræ bonorum, quæ possidebant, prohibebantur, ac insuper ut in Domibus prope Nunciaturam prædictam Milites statuerentur, qui nedum Causidicos, & Procuratores hujusmodi, sed etiam alios quoscumque ad eandem Nunciaturam recurrere volentes, inde arcerent, & amandarent, expedire decernebatur, aliæque in maximum Ecclesiasticæ, & Pontificiæ potestatis contemptum, & injuriam præscribebantur, perinde acsi in clytæ nationi Poloniae ob cultum, pietatis, & constantem in Romanos Pontifices, & hanc Sanctam Sedem devotionem per omnes ætates summopere commendatæ, ignotæ fuissent gravissima per Sacros Canones irrogatæ poenæ, ac censura in eos, quæ Arcam Dei sic attingere, sacraque Ecclesiæ Jura contere non exhorrent.

Ab Ordinibus Regni Poloniae in Comitibus Groduensibus, nova quædam Lex, seu Constitutio lata fuit adversus Nunciaturæ Apostolicæ in eodem Regno Tribunal, & Ecclesiasticam libertatem.

Necnon quinq. articuli p. o. dictæ Legis exemplaria editi.

Quæ super ea a Pontificis tum ad Episcopos, & proceres Regni Poloniae transmissa sunt litera.

§.2. Nos præmissa omnia in amaritudine cordis Nostri serio considerantes, tum paternis Nostri literis, quas ad memoratum Augustum Regem, necnon Venerabiles Fratres Archiepiscopos, & Episcopos, & Proceres Regni Poloniae conscripsimus, tum aliis adhibitis mediis arguimus, obsecravimus, increpavimus, instantes opportune, & importune in omni patientia, ut enarrati excessus debita actorum rescissione, congruaque tantorum gravaminum reparatione sarcirentur: Charitati interea Nostre diuturniori longanimitate indulgentes, ut qui illa admirantur, ita eam, a qua tam longe

§.5. Non obstantibus quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, & quoad ea, quæ præsentibus adversantur, præfata Innocentii Prædecessoris, aliisque Apostolicis, ac in Universilibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Septemb. MDCCXXVIII. Pontificatus nostri Anno V.

CCXLII. Declarantur nulla quædam acta per Ordines Regni Poloniae emanata adversus Nunciaturæ Apostolicæ in eo Regno libertatem, & Pontificum auctoritatem.

Alia hujus Const. ed. 1726. Feb. 14. P. 2. declarata fuerunt nulla gesta per secularem potestatem in Ducem Sabaudia adversus Monasterium S. Bernardi Ord. Canonic. Reg. S. Augustini, & Const. ed. 1729. Decem. 19. P. 6. declarantur nulla edita secularium contra extensionem Officii S. Gregorii VII.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

IN supremo Apostolicæ dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam constituti, nostra,

aberraverant iustitiae viam, tandem redirent, quae dum praestolabamur, non sine novo animi nostri more ad novellae legis seu Constitutionis, ac quinque articulo- rum huiusmodi executionem per intimationem, atque denuncia- tionem, tum Cancellario dictae Nunciaturae, ne aliquem actum jurisdictionis ab ea dependen- tis exerceret, tum Causidicis, & Advocatis praefatis, ne inibi ad Causas, ac negocia procuranda comparerent, factam, processum fuisse ex Epistolis eiusdem Vincentii Archiepiscopi, & Nuncii cognovimus, licetque sub- inde, postquam videlicet litterae nostrae praedictae in Regnum Poloniae pervenerant, inhibi- tio Cancellario, Causidicis, & Advocatis huiusmodi, sicut praemittitur, denunciata re- laxata fuerit, non tamen ad novellae legis, seu Constitutionis cum quinque articulis praedictis, uti par erat, futurumque sperabamus, aboli- tionem eventum est.

Necnon ex- traordinarius Nuncius ad- legatus.

§.3. Quamobrem paterna nostra officia, & monita interponere denuo non desuimus, ac demum Venerabilem Fratrem Camillum Archiepiscopum Iconien. ad eundem Augu- stum Regem, Poloniamque Rempubli- cam, & dictae Sedis Nuncium extraordi- narium adlegavimus, ei specialiter injungendo, ut omni studio, ac animi contentione novellam legem, seu Constitutionem praedictam antiquari & abrogari, hancque a Nobis molestiam, & a nomine Polono labem depellere curaret. Cum autem, sicut nuper accepimus, pravis illorum praevalebantibus consiliis, qui ad tutelam, & amplificationem secularis potestatis pertinere arbitrantur Ecclesiasticam auctoritatem modis omnibus impetere, quaecumque Nos hac in re, charitate suadente, hucusque peregimus, dic- tusque Camillus Archiepiscopus, & Nuncius iussu Nostro sedulo praestitit parandae optate quieti adeo non profuerunt, ut iis penitus ne- glectis perpetuam, ac perintolerabilem inju- riam actorum rescissio haecenus teneri nequi- verit.

Verum fru- stra.

Declaratio nullitatis no- vellae Legis praedictae, seu Constitutionis; necnon quinque arti- culorum pro illius execu- tione editorum.

§.4. Hinc est quod Nos ne in tam aperta Apostolica auctoritate, atque Ecclesiastica Immunitatis oppugnatione torpescere videamur, tametsi notorii, & explorati Jaris sit, ea omnia, quae in praedictum Sedis Aposto- licae, ac Ecclesiae, earumque Jurium quovis modo attentantur, nullius prorsus roboris esse, & momenti, quinimo felic. record. Urbanus Papa, VIII. Praedecessor noster dictae Sedis, Romanaeque, & aliarum inferiorum Ecclesia- rum, ac Personarum Ecclesiasticarum Jura quaecumque a praedictis huiusmodi per quendam suam Constitutionem die 5. Junii 1641. editam amplissime praeservaverit; Nunc tamen Ecclesiae, & ipsius Sedis Apostolicae juri- um indemnitati per amplius providere volen- tes, ac omnium, & singulorum, quae in praemissis, seu eorum occasione quovis modo de- creta, iussa, ordinata, acta, & gesta fuerunt, feriem, causas, & circumstantias, etiam ag- gravantes, ac personarum quarumcumque in eisdem praemissis quomodolibet culpabilitatem, qualitates, dignitates, nomina, & cognomi- na, aliave quaecumque, etiam specificam, & individua mentionem, & expressionem re- quirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu

proprio, ac certa scientia, & matura delibe- ratione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, novellam legem, sive Consti- tutionem, & quinque Articulos gradus execu- tionis nuncupatos, ac quaecumque in eis con- tenta, necnon alia quaelibet in praemissis, seu eorum occasione in dictis Comitibus Groduenen- sibus in praedictum libertatis, immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticae, atque auctorita- tis Apostolicae respective quovis modo emana- ta, edita, acta, gesta, & perpetrata cum om- nibus, & singulis inde secutis, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, & a non habente potestate damnabi- liter attentata, & de facto praesumpta, nullius plane roboris, & momenti, vel efficaciae esse, & ab initio fuisse ac perpetuo fore, neminem- que ad illorum observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari posse, vel potuisse, nec ex illis cuiquam aliquod Jus, vel actionem, aut titulum etiam coloratum, aut possidendi, seu quasi possidendi vel praescribendi causam acqui- sitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quan- documque acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed per- inde acsi nunquam emanassent, facta fuis- sent pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore praesentium decla- ramus; & nihilo minus ad majorem, & abun- dantior em cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, delibera- tione, & potestatis plenitudine paribus harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abole- mus, viribusque, & effectu penitus, & omni- no vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolis, juribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus semper haberi volumus, & man- damus.

Declaratur itidem consu- ras a sacris Canonibus in- flicta incur- risse eos, qui praedictis om- nibus operam suam praestiterunt.

§.5. Ad haec omnes, & singulos cujuscum- que status gradus, Ordinis, praeminentiae, & dignitatis Ecclesiasticae, & secularis fuerint, qui novellae legi, seu Constitutioni, ac quinque articulis huiusmodi subscripserunt, sive illorum executionem, publicationem, intimationem, ac denunciationem mandarunt, & ordinarunt, illosve executi sunt, publicarunt, intimarunt, & denunciarunt, vel in eis consilium, auxi- lium, favorem, vel quamvis aliam damnabi- lem operam praestiterunt, censuras omnes Ec- clesiasticas a Sacris Canonibus generalium Con- cilio- rum Decretis, ac Apostolicis Constitutioni- bus, contra similia perpetrantes latas, & in- flictas, Archiepiscopos vero, & Episcopos in praemissis quomodolibet culpabiles suspensio- nis a Divinis, exercitio Pontificalium, eorum- que jurisdictionis, & Interdicti ab ingressu Ec- clesiae poenas eo ipso incurrisse, nec eos a cen- suris, & penis huiusmodi post debitam, & condignam Ecclesiae realiter, & cum effectu praestitam satisfactionem a quoquam, nisi a No- bis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (praeterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in easdem Censuras, & poenas eo ipso quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, aut valere harum serie statuimus, ac itidem declaramus.

§.6. De-

Clausula pe- culiatae.

§.6. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati, & alii quicumque in praemissis, sive eorum aliquo Jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, cujus- vis status, gradus, Ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu alias specifica, & indi- vidua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causeque propter quas praesentes emanarint sufficienter adductae, verificatae, & ju- stificate non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpo- re Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis lesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogita- to, & inexcogitabili defectu notari, impu- gnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu ad- versus illas a peritiois oris, restitutionis in in- tegrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & po- testatis plenitudine paribus concessio, vel emana- to, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse: sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & ef- ficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcum- que spectabit inviolabiliter, & inconcusse ob- servari; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quaecumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judi- cari, & desiniri debere; & irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriis.

§.7. Non obstantibus praemissis ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariae Apostolicae Re- gula de jure quesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provinciali- busque, & Synodalibus Conciliis editis gene- ralibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam Jura- mentis, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudi- nibus, ac usibus, & stilis etiam immemorabilibus privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apo- stolicis quibuscumque personis etiam quantum- vis sublimibus, & specialissima mentione di- gnis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogato- riarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritanti- busque; & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu ad quarumcumque personarum etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccle- siastica dignitate fulgentium instantiam, vel earum contemplationem, seu alias quomodoli-

ber in genere, vel in specie etiam consistoria- liter in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantif- cumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem im- portantes, seu quavis alia expressio hi- benda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de ver- bo ad verbum, nihil penitus omisso, & for ma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & suffi- cienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ac praemisso- rum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volu- mus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publi- ci subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiasti- ca dignitate constitutae munitis, eadem por- tus fides tam in Judicio, quam extra illud ubi- que adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhi- beretur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Septemb. MDCCXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCXLIII.

Declarantur quaedam allata Dubia super Consti- tutione Praefata ad favorem Fratrum Praedicatorum jam pridem editam.

Dat. 18. Sept. 1728. An. 5.

Laudata Constitutio edita fuit 1727. Maji 26. P. 3. Haec de re vide etiam aliam hujus Constitutionem editam 1728. Decemb. 10. P. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII. BEATISSIME PATER.

Magister, ac Procurator Generales Ordinis Praedicatorum, provoluti pedibus S.V. humillime eidem exponunt, exorta haecenus fuisse plura Dubia circa intelligentiam Consti- tutionis Praefatae super quibus maxime Ordo ipse vexatur. Quoniam vero Divina placet Providentiae, ad Ecclesiae, ejusdemque Ordinis fir- mamentum, Beatitudinem Vestram in vivis, juxta fervida Oratorum, ac Ordinis vota, con- servare, capropter supplices exorant, quate- nus dignetur Sanctitas Vestra ore proprio Apo- stolicam circa eadem Dubia mentem aperire. Dubia vero selectiora, ac graviora haec sunt.

Supplet libel- lus Magistri ac Procuratoris Ordinis Sancti Augustini pro de- claratione dubiorum.

§.1. Primo. An instantibus omnimoda sub- jectione, ac dependentia a Superioribus, aut Delegatis Ordinis, praescripta a S. Vestra Con- fratribus, aut Congregatis quarumcumque So- cietatum, pro tempore in Ecclesiis, Oratoriis, aut Claustris Ordinis praedicti, erectarum, vel etiam convenientium pro opere pio, aut devo- tione aliqua exercenda; necnon omnimoda per- tinentia ad Ecclesias, & Conventus Ordinis ipsius, bonorum quorumcumque praedictarum So-

Dubia praedi- cta. Dabitur in l. de omnino l. de subjectione Confraternita- tum in Ec- clesiis Ordinis erectarum a Superioribus claustrum Or- dinis.